



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. XIV. In Confessione non semper debet explicari species peccati mortalis, de quo quis se jactavit; neque qualitas blasphemix; sed nec qualitas hæresis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

CONCLUSIO XIV.

In Confessione non semper debet explicari species peccati mortalis, de quo quis se jactavit; neque qualitas blasphemiae; sed nec qualitas haereticis.

Pro prima parte citatur Navarrus in Sum. Latina in priori editione, praelud. 9. n. 4. quem sequitur Diana part. 3. tract. 4. resol. 161. Et ratio (inquit) est: quia deformitas mortalis in hoc peccato jactantiae, sumitur ex eo, quod, tamquam medium ad humanam gloriam comparandam, assumitur offensam Dei mortalis; sed haec ratio offensae mortalis ejusdem rationis est in omnibus mortalibus; quod verum sit hoc vel illud peccatum mortale, materialiter se habet: ergo &c. Et ideo licet verba contumeliosa sint diversae speciei, eod quod per illa obijciantur proximo defectus speciei diversae; non tamen sunt peccata mortalia contumeliae speciei distincta: quia in tantum contumelia est peccatum mortale, in quantum assumitur ut instrumentum seu medium ad honorem proximi laedendum; quod verum sit haec vel illa verba contumeliosa, materialiter se habet. Haec ille.

Eandem sententiam amplectitur Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 11. nu. 5. & probabilem sentit Lugo disp. 16. n. 268. Intelligenda autem est de sola jactantia, absque complacentia seu delectatione morosa ipsius peccati commisi, quatenus talis vel talis speciei: v. g. jacto me de peccato fornicationis, & interiorius morosam admitto de eodem peccato qua tali delectationem; non dubium, quin illud peccatum explicandum sit in Confessione, si verum est, quod delectatio morosa contrahat malitiam sui objecti.

Sed hic non est casus Conclusionis, quae loquitur de solo & nudo peccato jactantiae, quale non est ista jactantia, quae adjunctam habet delectationem morosam. Et quia saepe illa delectatio adjuncta est in hujusmodi hominibus, aut certe periculum proximum delectationis; hinc forte saepius erit obligatio explicandi speciem peccati mortalis, de quo quis se jactavit. Si tamen omnis delectatio abesset, & omne periculum, aut saltem periculum proximum delectationis, non video satis solidum fundamentum, injiciendi hominibus talem obligationem.

Quin immo (inquis) solidum fundamentum est, quod obijcio: Sicut virtus in communi obligat, non solum ad sui observationem, sed etiam ad nihil faciendum, quod eon-

tineat contemptum aut irreverentiam illius; atque adeo ad hoc, ut quis non se jactet de actu contrario virtuti; ita quaelibet virtus in particulari specie obligat; non solum ad sui observationem, sed etiam ad nihil faciendum, quod contineat contemptum aut irreverentiam talis virtutis; atque adeo ad hoc, ut quis non se jactet de actu contrario tali virtuti.

Unde gloriari aut jactare se de actu, qui sit homicidium, censeri debet distinctae speciei, ab actu gloriandi aut jactandi se de actu, qui sit fornicatio; & sic de reliquis; quia opponitur obligationi aut reverentiae distinctae virtutis. Ita Dicastillo disp. 9. n. 519. & addit: Propter hunc discursum mihi videtur probabilior prima sententia, puta, in peccato jactantiae explicandam esse speciem peccati.

Sed ego propter hunc discursum nolo recedere a Conclusionem; & ideo Respondeo: ERD Charitas me obligat, ad non dandam occasionem proximo praeter intentionem peccandi contra castitatem; haud equidem me obligat virtus castitatis, ut diximus Concl. 4. praesentis Sectionis. Ergo consimiliter, est virtus in communi obligat, ne quis se jactet de actu contrario virtuti, sive, de peccato mortali; haud equidem propterea virtus in particulari specie obligat, ne quis se jactet de actu contrario tali virtuti.

Ratio disparitatis; quod objectum jactantiae qua talis (id est, ut distinguitur a morosa delectatione seu complacentia hujus vel illius peccati in particulari) non sit haec aut illa malitia in particulari, sed malitia mortalis in genere, ex qua quaeritur & accipitur laus & gloria apud homines; ad hoc autem per accidens se habet, quod sit tale vel tale peccatum, de quo peccator se jactat.

Dices: si homo solum gloriaretur: Ego peccavi mortaliter; non considerando specialem rationem malitiae; haberet locum illa ratio disparitatis; at fieri potest, ut etiam gloriaretur, quod fuerit fornicator, quod fuerit fur, quod fuerit athens &c. cur illae gloriationes non erunt peccata specie distincta, eodem modo, quo ipsa peccata, quae sunt earum objecta?

Respondeo: quia omnes illae gloriationes opponuntur eidem virtuti eodem modo, ut puta virtuti humilitatis (ut placet Castro Palao supra) est enim jactantia (inquit ille) filia superbiae seu inanis gloriae, ut dixit Gregor. lib. 31. Moral. c. 31. & D. Thom. communiter receptus 2. 2. q. 132. a. 4. ac proinde humilitati contraria. Vel (ut Alii volunt) reverentiae debita Deo: irreverentia enim contra Deum est, velle laudem & gloriam consequi ex ejus gravi offensa; quae reddit hominem dignum aeterna confusione & ignominia, & constituit capitalem Dei inimicum.

Hinc sicut omnia peccata, quae fiunt violando votum, semper sunt ejusdem speciei, quia

Dicastillo.

Respondeo.

290.

Objectis.

solvitur.

S. Gregori.

S. Thomasi.

Jactantia

opponitur

vel humilitati

vel reverentiae

Deo debita.

CON-

quia solum attenditur ad irreverentiam contra Deum, quae irrogatur violando votum; sic pariter omnes gloriationes de offensa Dei, semper erunt ejusdem speciei, quia solum attenditur ad irreverentiam, quae fit contra Deum, quatenus ex eius gravi offensa volumus gloriam & laudem consequi: veluti si subditus glorietur de proditione, aut de contumelia Principi illata, videretur Principi insultare & eandem contumeliam, iterum inferre.

291.  
Contra argumentatur  
Arriaga.

Sed contra argumentatur Arriaga supra n. 37. Ea gloriatio est quasi secunda illatio illius injuriae ac contumeliae; ergo habet suo modo malitias primae illationis; ac proinde sicut initio fuere diversae contumeliae, sic secundae haec illationes erunt diversae. Secundum; quod dicitur, eam malitiam consistere in hoc, quod homo assumat offensam Dei, ut materiam gloriationis, admittimus quidem; inde tamen argumentatur pro sententia prima: quia si assumere offensam Dei pro materia gloriationis, est offensam Dei; ergo assumere gravio-rem offensam, erit major offensam: sicut enim se habet simpliciter ad simpliciter; ita se habet magis ad magis. Hucusque Arriaga.

Respondetur.

Ergo erunt offensa diversae speciei; negatur Consequentia: quia datur majus & minus intra eandem speciem. Ergo secundum argumentum nihil contra nostram doctrinam. Ad primum Respondeo, omnes contumelias esse ejusdem speciei (ut patet ex dictis Conclusionibus praecedenti) unde fornicatio & furtum, si revera sunt injuriae personales respectu Dei, in quantum tales, sunt ejusdem speciei; ac proinde sicut omnia peccata mortalia initio fuere eadem contumeliae, sic secundae haec illationes erunt eadem.

292.  
Responsio  
Dicastillo  
ad argu-  
mentum  
nostrum à  
paritate vo-  
ti.

Ceterum ad argumentum nostrum, à paritate voti; respondet Dicastillo supra n. 522. nullam esse paritatem, sed manifestam disparitatem: nam obligatio voti non oritur ex virtute promissa, sed ex promissione illius; sicut cujuscumque alterius promissionis obligatio non oritur ex actu promisso, sed ex promissione illius: obligatio verò, de qua agimus, oritur ex ipsa virtute, etiam quatenus habet rationem talis virtutis in specie; ipsa enim virtus adstringit naturam rationalem ad praedictam observantiam, & quia dissonat rationi agere contra illam virtutem, non solum quatenus habet rationem virtutis in communi, sed etiam quatenus habet rationem talis virtutis in specie, non mirum, quod sicut virtutes ipsae secundum se sunt speciei diversae, & secundum illas speciales rationes obligant ad non contemnendum illas; ipsae quoque actiones; quibus contemnantur aut irreverenter tractantur, censentur diversae speciei in ratione contemptus & irreverentiae; quod totum non reperitur in obligatione voti. Haec ille.

Respondeo; jactantiam non esse formalem contemptum virtutis; qui tunc solum dicitur, quando aliquis ideo peccat, quia non vult subijci praepcepto, sive, quando peccat ex vilipensione potestatis legislativae. Deinde contemptus formalis non opponitur illi virtuti, quae ex contemptu violatur; sed (sicut ait D. Ber. Bernardus lib. 1. de Praecept. & Dispens.) *Contemptus tumor superbia est.* Alii dicunt, esse formalem inobedientiam. Plures existimant, esse speciem injuriae; est enim aestimatio Legislatoris minus justo. Atque haec de prima parte Conclusionis.

Pro secunda; Notandum, quod ait D. Augustinus lib. 2. de Moribus Manichaeorum c. 11. *Ad ovis signaculum dicitis pertinere, ad omnes continere blasphemia. Est autem blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque iam vulgi blasphemia non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere: de hominibus namque dubitari potest; Deus vero sine controversia bonus est.*

Potest alia sunt verba enuntiativa, alia imprecativa, alia dehonoriativa; & ideo dividitur blasphemia in enuntiativam, imprecativam, & dehonoriativam. Item dividitur in haereticalem, & non haereticalem; quia aliqua verba continent haeresim, aliqua non. Et quoniam aliqua verba dicuntur de Deo immediate in seipso; aliqua autem de Deo, ut specialiter lucente in Sanctis; hinc tertio dividi potest blasphemia in eam, quae est contra Deum immediate in seipso, & in eam, quae est contra Sanctos, sive contra Deum, ut specialiter lucentem in Sanctis.

Quaeritur ergo, an illae qualitates sint in Confessione explicandae; an vero sufficiat dicere: *Blasphemavi Deum?* Cajetanus in Sum. V. *Blasphemia*: scias (inquit) quod licet blasphemia multos habeat gradus; dum gravior est contra Deum, quam contra B. Virginem, & haec gravior, quam contra Sanctos; & rursum gravior est, quae ex affectu derisivo Dei aut Sanctorum, quam quae ex passione extranea, aut mala consuetudine, quasi non sit virilis animi, qui loquitur sine blasphemia, ut videtur apud multos inolevisse: omnes tamen sunt ejusdem speciei. Haec ille. Et propterea citatur pro nostra Conclusionem; nec immerito, ut patet.

Verumtamen ejus doctrinae non per omnia assentior: nam si per blasphemiam contra B. Virginem, aut Sanctos, intelligat injuriosam locutionem de B. Virgine, aut Sanctis secundum se consideratis, & non ut specialiter in ipsis reducet Deus; existimo, talem locutionem non esse proprie blasphemiam, sed contumeliam seu convitium in hominem sanctum; quod peccatum existimo specie distinctum à proprie dicta blasphemia, id est, contumelia in Deum; & ideo in Confessione explicandum, eadem ratione, quae explicari debet

contumelia in hominem sanctum.

295. Sin autem penem, & Sanctos tionem contra B. ur Deus specialiter maternitatis, & beatificantem; nra Deum fit quam blasphemia & haec fit contra solum mediatè; ais; quod meo tablem diversitate tur Deo in se, & noratione.

Unde existimo sam in specie inju ea, quae foret, alapa; sed ne quare; quod enim estimatione persona, cum Leg sustineat personam

296. Nonne votum specie distinguitur, quod fit De

ne juramenta or equalis bonitatis sive per Deum in similitur equalis fertur Deo in se Sanctis: per c inhonoratio; sic latio voti sive diatè, sive Deo: tiaz jurare fallum rare fallum per joris: quia, pra apparet aliquand tra virtutem dul dum debitam o Sanctum constiti solum velis e e faciendum, sed e quin violans votum, sicut pec quem cum Deo rium?

Immo etsi no sarium, si tamen missionis, aut q da; in hoc c n. 543.) si quis solum irreverent sed etiam contr irreverentiam n praedicto modo haec irreverentia plicari in Confes

contu-

contumelia in hominem non sanctum, vel in hominem sanctum, adhuc in hac vita degen- tem.

295. Sin autem per blasphemiam in B. Virgi- nem, & Sanctos, intelligat injuriosam locu- tionem contra B. Virginem, & Sanctos, pro- ut Deus specialiter in ipsis relucet per donum maternitatis, & gratiam sanctificantem atque beatificantem; nescio quare blasphemia con- tra Deum sit, saltem notabiliter, gravior, quam blasphemia contra B. Virginem, cum & hæc sit contra Deum (ut supponitur) licet solum mediata; quod meo judicio, sicut non facit no- tabilem diversitatem in honore, qui exhibe- tur Deo in se, & in Sanctis; ita nec in deho- noratione.

Unde existimo; non solum non esse diver- sam in specie injuriam, dare alapam Regi, ab ea, quæ foret, si ejus Legato quæ tali daretur alapa; sed ne quidem notabiliter esse gravio- rem: quod enim Legato quæ tali sit, in morali æstimatione censetur fieri ipsi Regi in propria persona, cum Legatus quæ talis representet, & sustineat personam Regis.

296. Nonne votum, quod fit Deo immediatè, specie distinguitur, aut notabiliter excedit vo- tum, quod fit Deo in Sanctis? Minimè. Non- ne juramenta omnia sunt ejusdem speciei & æqualis bonitatis, sive juretur per Deum in se, sive per Deum in Sanctis reluctem? Ergo similiter æqualis bonitatis est honor, qui defer- tur Deo in se, & Deo prout relucet in Sanctis: per consequens æqualis malitiæ inhonoratio; sicut æqualis malitiæ est vio- latio voti sive factum fuerit Deo imme- diatè, sive Deo in Sanctis; & æqualis mali- tiæ jurare falsum per Deum immediatè, & ju- rare falsum per Deum in Sanctis; si non ma- joris: quia, præter malitiam irreligiositatis, apparet aliquando distincta malitia specie con- tra virtutem dulciæ, quæ inclinat ad exhiben- dum debitam cultum Sanctis. v. g. si ipsum Sanctum constituas promissarium, ita ut non solum velis te obligare Deo ad hoc vel illud faciendum, sed etiam ipsi Sancto; quis dubitet, quin violans votum, specialiter peccet in Sanctum, sicut peccares in hominem viventem, quem cum Deo simul constituissem promissa- rium?

Immo etsi non constituas Sanctum promissarium, si tamen ipsum advores in testem promissionis, aut quasi fidejussorem illius imple- ndæ; in hoc casu (inquit Dicalillo supra n. 543.) si quis non servet promissionem, non solum irreverentiam committit contra Deum, sed etiam contra Sanctum: quam secundam irreverentiam non haberet, si non advocaret prædicto modo Sanctum; atque aded debet hæc irreverentia (quam suppono gravem) explicari in Confessione, hæc ille. Et eadem est

ratio juramenti, quando non solum advoca- tur auctoritas infallibilis Dei, sed etiam crea- ta auctoritas Sancti in testimonium.

Interim fateatur idem Auctor cum Aliis 297. (quos citat n. 544.) homines ita solere vo- vere Sanctis, aut jurare per Sanctos, ut eorum intentio dirigatur ad Deum, non sistendo in ipsa creata excellentia & auctoritate Sancti. Et ideo non solent confiteri nisi simplicem viola- tionem voti, aut nudum peccatum perjurii.

Cumque de votis & juramentis, quæ com- munitur sunt, & propriè sunt vota & jura- menta, DD. passim pronuntiant, omnia esse ejusdem speciei: cur non idem liceat affirma- re de blasphemis, quæ communiter fiunt, & propriè sunt blasphemis? Nam etiam blasphemis propriè non est, quæ non dirigatur ad Deum, sed sistit in ipsa excellentia creata San- cti. Et dicam similiter, homines quando blasphemant contra Sanctos, communiter non sistere in excellentia creata, sed suam inten- tionem dirigere in Deum, & ideo non debere illam qualitatem in Confessione explicare.

298. Quantum ad divisionem blasphemis in hæ- reticalem, & non hæreticalem; dico, & illas blasphemias in ratione blasphemis esse ejus- dem speciei: nihilominus hæreticis expli- canda est in Confessione propter malitiam infidelitatis, quæ indubiè specie distinguitur à malitia blasphemis. Hinc etiam si blasphemis proveniat ex odio Dei, aut desperatione; ne- mo ambigit, quin illi affectus declarandi sint in Confessione, cum sint peccata specie dis- tincta à malitia blasphemis, quæ præcisè con- sistit in eo, quod Deus directè inhonoretur: quod autem hoc fiat ex odio aut desperatione, vel cum errore in Fide, per accidens est, & materialiter se habet ad præcisam malitiam blasphemis, cum Deus possit directè inhono- rari absque errore in Fide, desperatione aut odio, ut suppono cum communi sententia alibi pertractanda.

299. Similiter quod Deus inhonoretur verbis enuntiativis, aut imprecativis, vel certè de- honestativis, planè materiale est, ut patet ex dictis Conclusionibus præcedenti de contumeliis & detractionibus respectu hominis. Si ergo contumeliæ humanæ (ut sic loquar) non dis- tinguntur specie, propter diversitatem ver- borum; immò diversitatem criminum, quæ impropertantur; neque detractiones humanæ, propter diversitatem criminum, quæ revelan- tur; non est ratio distinguendi specie contumelias divinas seu blasphemias, propter diver- sitatem verborum, aut etiam criminum, quæ Deo impropertantur, estò una blasphemis sit gravior altera, intrà eandem speciem.

Proinde, in sententia, negante esse necessi- rium, in Confessione declarare circumstantias, non dantes speciem diversam, non erit ne- cessarium dicere, qualis fuerit blasphemis, G g g g g 3 enun-

297. Quando homines jurant per Sanctos eorum in- tentio solet dirigi in Deum,

298. Blasphemis hæreticis & non hæreticis sunt ejusdem speciei in ratione blasphemis

299. Itemque enuntiativa, imprecativa, & de- honestativa

non esse formalem... tunc solum dicitur... quia non vult... peccat ex vilipes... Deinde contem- tur illi virtuti, que (sicut ait D. Ber... Dispens. Contem- dicunt, esse for- res exilium, esse m æstimatione Legi- hæc de prima parte... quod ait D. Au- bus Manicheorum... is pertinere, ad om- em blasphemis, om- is. Itaque tam vlti- mala verba de Deo... ari potest; Deo vti-... nuntiativa, alia im-... & ideo dividuntur... imprecativam, &... dicitur in hæretica-... quia aliqua verba... non. Et oportet... Deo immediatè in-... ut specialiter... teridè dividi possit... contra Deum in-... am, quæ est conti-... ut specialiter... qualitates sunt in-... an verò sufficit di-... jetanus in Sum. V... quod licet blasphemis... dum gravior est... ara B. Virginem, &... Sanctos: & rursum... derelictivo Dei aut... passione extraneæ... non sit virilis noi-... hemia, ut videtur... omnes tamen sunt... Et propter citat-... nec immeritò, ut... ne non per omnia... blasphemiam contra... intelligat injuri-... gine, aut Sanctis... & non ut speciali-... tissimo, talem lo-... blasphemiam, sed... in hominem san-... timo specie distin-... hemia, id est, con-... in Confessione ex-... quæ explicari debet...

Blasphemis in Sanctos, prout in ip- so relucet per donum maternitatis, & gratiam sanctificantem atque beatificantem; nescio quare blasphemis contra Deum sit, saltem notabiliter, gravior, quam blasphemis contra B. Virginem, cum & hæc sit contra Deum (ut supponitur) licet solum mediata; quod meo judicio, sicut non facit notabilem diversitatem in honore, qui exhibetur Deo in se, & in Sanctis; ita nec in dehonoratione.

Probetur à finit in vo- tis de jure merito.

et in...

et in...

enuntiativa, imprecativa aut dehonoreativa: neque necesse erit explicare diversa specie mala, quæ blasphemus Deo appinxit; aut diversa specie bona, quæ ei abstulit. Porro in sententia, quæ affirmat, circumstantias notabiliter aggravantes intrâ eandem speciem esse declarandas in confessione, patet quid sit dicendum.

300. Dices: Contra eandem virtutem possunt esse peccata specie distincta, ut fornicatio, & mollities contra virtutem castitatis.

Diluitur. Respondeo, me non asserere, ideo omnes blasphemias esse ejusdem speciei, quia opponuntur eidem virtuti; sed quia omnes eodem modo opponuntur eidem virtuti, scilicet quia omnes directè auferunt honorem divinum; veluti omnia perjury sunt ejusdem speciei, quia eodem modo privant recitandæ Religionis, auferendo à Deo, quantum in ipsis est, infallibilem veracitatem in dicendo: perjuryum autem, & violatio voti sunt diversæ speciei, quia diverso modo privant eandem recitandæ Religionis, perjuryum auferendo (ut jam jam dixi) infallibilem veracitatem in dicendo; violatio autem voti non tribuendo cultum debitum Deo ex fidelitate. Quid ergo mirum, si fornicatio & mollities sint peccata specie distincta, cum diverso modo (ut nimis clarum est) privent eandem honestate castitatis? Fornicatio quippe solum contrariatur bonæ educationi prolis; mollities autem ipsi generationi prolis. Jam verò omnes blasphemias (ut dixi) eodem modo opponuntur eidem virtuti.

301. Instantia. Contrâ (inquis) longè aliter videtur Deo injuriosum & contumeliosum, blasphemare contra Spiritus sancti vel Christi divinitatem, quàm ejus membra inhonestè & indecorè nominare. Item diversa specie contumelia est, dicere, Deum esse capaxem peccati, ac dicere, eum esse capaxem erroris.

Herincx. Unde (inquit Herincx part. 3. tract. 4. disp. 8. de Irreligios. n. 22.) quoties blasphemias sive hæreticales, sive non hæreticales, notabiliter diversimodè honori & laudi divinæ adversantur, in Confessione sunt determinatè in particulari non tantùm quoad numerum, sed etiam quoad speciem explicandæ. Sic qui per blasphemiam negaret Christo divinitatem, nostramque redemptionem; utramque blasphemiam in particulari quoad speciem & numerum exprimeret teneretur. Hæc ille.

Solvitur. Sed non consentio: quia illa dicta sunt tantùm quid materiale respectu illius peccati; formale autem est idem, putâ quod omnia ista dicta directè tendant ad inhonorandum Deum. Omnia ergo eodem modo sunt Deo injuriosa, quamvis unum dictum possit esse magis injuriosum, quàm aliud.

302. Unde non valet simile, quod adfert Arriaga disp. 24. de Fide n. 43, dicens: Ut au-

ferre proximo divitias, diversum est ab ablatione honoris, & vitæ; ita eodem modo debet de Deo dici: tunc enim solum ablatio censetur esse ejusdem speciei, & solum addere intrâ eandem speciem circumstantiam aggravantem, quando auferit idem bonum, plus tamen de illo accipit, ut plus de pecunia, plus de honore intrâ eandem materiam, v.g. dicendo illum pluries fuisse blasphemum, pluries sodomiticum. At si materiae sint diversæ, quare non erit ea detractio etiam specie diversa? Huculque Arriaga.

Respondeo, & interrogo: Si materiae furti sint diversæ, aurum v. g. argentum, vestes &c. quare non erit id furtum specie diversum? Quia (inquis) omnia hæc conveniunt in una ratione formali, sub qua sunt objectum furti, putâ, quia omnia sunt bona fortuna. Infero ergo: Ergo similiter detractio non erit specie diversa; per consequens nec blasphemias: quia omnia dicta de Deo, conveniunt in una ratione formali, sub qua sunt objectum blasphemias, putâ, quia lædunt honorem Dei; sicut diversæ materiae detractationum, conveniunt in una ratione formali, sub qua sunt objectum detractationis, scilicet, quia lædunt famam proximi. Ergo debet auferre proximo divitias, diversum est ab ablatione honoris & vitæ; non ita eodem modo, sed planè diverso debet de Deo dici: quia per omnes blasphemias auferuntur idem bonum, scilicet honor divinus; plus tamen per unam, quàm per aliam.

Atque hæc erit probatio tertiæ partis Conclusionis, videlicet: Sed nec qualitas hæreticæ semper debet explicari in Confessione; nam omnes hæreses, Calviniana, Lutherana, Arriana &c. sunt ejusdem speciei, quia privant eandem honestate Fidei eodem modo, negando summam Dei veracitatem. Et idem assero de Paganismo, Judaismo, & Hæresi.

Intelligo autem speciem moralem, seu in genere moris: sicut enim actus Fidei distinguuntur specie physica, ratione objecti materialis specie distincti; ita etiam illa infidelitates & hæreses possunt specie physica distingui, & distinguuntur de facto, ratione diversorum objectorum materialium. Verumtamen sicut omnes actus Fidei, etsi specie physica distincti, participant eandem specie honestatem moralem, propter idem specie objectum formale, scilicet auctoritatem seu veracitatem divinam, quæ infallibilis tam in una, quàm in alia materia; tam in magna, quàm in parva, in naturali & supernaturali, necessaria & contingente, divina & humana; ita quoque omnes actus infidelitatis & hæresis quæ tales, etsi specie physica distincti, participant eandem specie morali inhonestatem seu malitiam: quia nimirum (ut statim dixi) privant eandem honestate morali, scilicet cultu debito summe aucto-

auctoritati & veritate (specie) & eodem modo intellectum cr-

Dixi: Quæ talis potest adungi alteri virtuti, v. g. ut putâ malitia blasphemias promissionibus, idololatriæ, &c. Singulæ quæque ceremonias aut similes malitiam plebentur, eo ipso dicta peccata per adeoque ratione fita foret explicatio non repugnat Consequitur de peccato contra alias virtutes.

Porro Concluditur licet de particularibus quos quis incidit in vitam aliquam Mysterium Incarnacionis Lugo disp. 9. nu. 558. tom. 3. disp. 1. quæ sequitur Arriaga dicens: Suppono esse, negare Deum incarnationem: item carnationem, ab Tobia occurrisset ratione, quatenus diversos ritus; sicut veritas veritates.

Deinde qui negat veracitatem directam facit injuriam, existentiæ veracitatis esse sufficiens credatur: nam licet ostendatur talis tamen est valdè rinde non potest reperitur in differentia citatis divina.

306. Sed in primis verbi ritus, quos incipit negare Incarnacionem, ab Tobia occurrisset libris hæresibus n Palao, quos citat therana, Calviniana.

Deinde quod indirecta, non videtur versantur circumstantiarum veritatem, licet unam Nonne qui per quod occidit, diversæ

auctoritati & veracitati divinæ (quæ est unica specie) & eodem modo, putâ non subjiendo intellectum creatum Deo loquenti.

Dixi: Quia tales; quia infidelitibus istis potest adungi alia specie malitia, opposita alteri virtuti, v. g. Religioni, obedientiæ & c. utputâ malitia blasphemix aut fractio propriæ dictæ promissionis vel Deo, vel Ecclesiæ factæ, idololatria, susceptio invalidi Sacramenti &c. Singulæ quippe Sectæ amplectuntur aliquas ceremonias vel ritus, involventes has aut similes malitias. Qui ergo eas Sectas amplectitur, eo ipso expressè vel implicite prædicta peccata perpetrandi voluntatem habet; adeoque ratione illius voluntatis isthæc diversitas foret explicanda in Confessione, quod non repugnat Conclusioni, quæ tantum loquitur de peccato hæresis, seclusis malitiis contra alias virtutes.

Porro Conclusionem sic intellectam, videlicet de particularibus erroribus speculativis, in quos quis incidit; non amplectendo determinatam aliquam Sectam, v. g. si quis neget Mysterium Incarnationis aut Trinitatis &c. amplectitur Lugo disp. 16. n. 293. Dicastillo disp. 9. nu. 558. & Alii contra Valentiam tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 3. & Alios, quos sequitur Arriaga de Pœnit. disp. 32. n. 40. dicens: Suppono diversum specie peccatum esse, negare Deum existere, quàm negare Incarnationem: item diversum esse, negare Incarnationem, ab hoc, quod est negare, canem Tobix occurrisse suo Domino, non solum eâ ratione, quatenus hæ diversæ hæreses inferunt diversos ritus; sed quatenus negant etiam diversas veritates majoris aut minoris momenti.

Deinde qui negat Deum esse, negat ejus veracitatem directè, & ipsi magis immediatè facit injuriam, quàm qui admittit rotâ Dei existentia veraci, negat hoc aut illud Mysterium esse sufficienter propositum, ad hoc ut credatur: nam licet per aliquot consequentias ostendatur talis homo non credere Deo; id tamen est valdè remotè & implicite; ac proinde non potest habere eam malitiam, quæ reperitur in dissensu illo immediato ejus veracitatis divinæ. Hæc ille.

